Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



domus mee Non ponebam ante oculos meos rem iniustam
facientes preuaricationes odiui Non adhesit michi cor pra-
uum declinante a me malignum non cognoscebam Detrahentem
secreto proximo suo hunc persequebar Superbo oculo et insa-
tiabili corde cum hoc non edebam Oculi mei ad fideles terre
ut sedeant mecum ambulans in via immaculata hic michi
ministrabat Non habitabit in medio domus mee qui facit
superbiam qui loquitur iniqua non dirigit in aspectu oculorum meorum
In matutino interficiebam omnes peccatores terre ut disperdam de ciuitate dni omnes operantes iniquitatem Gloria Iubilate deo
omnis exaudi orationem meam et Psalmus Omnis tribulatio
clamor meus ad te veniat Non auertas faciem
tuam a me in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam In
quacumque die inuocauero te uelociter exaudi Nam defecerunt
sicut fumus dies mei et ossa mea sicut cremium arserunt
Percussus sum ut fenum et aruit cor meum quia obliuiscor comedere
panem meum A uoce gemitus mei adhesit os meum carni
mee Similis factus sum pelicano solitudinis facta
sum sicut nycticorax in domicilio Vigilauit et factus sum
sicut passer solitarius in tecto Tota die exprobrabant
michi inimici mei et laudabant me aduersum me iurabant
Quia cinerem tamquam panem manducabam et poculum meum cum
fletu miscebam A facie ire indignationis tue quia ele-
uans allisisti me Dies mei sicut umbra declinauerunt et
ego sicut fenum arui Tu autem domine permanes in eternum
memoriale tuum in generatione et generationem Tu exurgens misereberis
Sion quia tempus miserendi eius quia venit tempus Quoniam
placuerunt seruis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur
Et timebunt gentes nomen tuum dne et omnes reges terre
gloriam tuam Quia edificauit dns Sion et uidebitur in gloria
sua Respexit in orationem humilium et non sprenit preces eorum Scri-